

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (4)

Idem (Bernardus):

Sicut per senem vitiosum et fatuum,
ita per adolescentem inverecundum et temerarium religio sancta destruitur.

Sicut enim per senem vitiosum et fatuum,
ita et per adolescentem inverecundum et temerarium religio sancta destruitur.

Iohannes homo Dei, *Tractatus de ordine vitae et morum institutione* (PL 184, col.477B-C).

Quam pulchra virtus verecundia et suavis gratia que non solum in factis,
sed et in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquendo,
ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis in verbis refulget.
Ipsum sonum vocis librat modestia, ne cuiusquam offendat aut vox fortior.

Pulchra igitur uirtus est uerecundiae et suavis gratia, que non solum in factis
sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquendi,
ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis plerumque in uerbis refulget.
Ipsum uocis sonum librat modestia ne cuiusquam offendat aurem uox fortior.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.18 (CCSL 15, M. Testard ed., p.25, ll.1-6).